




1570-07-15- SS Pius V - Quo primum tempore



PIUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

**Q**UO PRIMUM tempore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque nostras intendimus, et cogitationes omnes direximus, quæ ad Ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, et Deo ipso adjuvante, omni adhibito studio efficere contendimus.

Cumque inter alia sacri Tridentini Concilii decreta, Nobis statuendum esset de sacris libris, Catechismo, Missali et Breviario edendis atque emendandis: edito jam, Deo ipso annuente, ad populi eruditionem Catechismo, et ad debitas Deo persolvendas laudes Breviario castigato, omnino, ut Breviario Missale responderet, ut congruum est et conveniens (cum unum in Ecclesia Dei psallendi modum, unum Missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat), necesse jam videbatur, ut, quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quam primum cogitarem.

Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem, diligenter collatis omnibus cum vetustis Nostræ Vaticanæ Bibliothecæ, aliisque undique conquisitis, emendatis atque incorruptis codicibus; necnon veterum consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorumdem rituum instituto monumenta Nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum sanctorum Patrum normam ac ritum restituerunt.

Quod recognitum jam et castigatum, matura adhibita consideratione, ut ex hoc instituto, coeptoque labore, fructus omnes percipiant, Romæ quam primum imprimi, atque impressum edi mandavimus: nempe ut sacerdotes intelligant, quibus precibus uti, quos ritus, quasve cæremonias in Missarum celebratione retinere posthac debeant.

Ut autem a sacrosancta Romana Ecclesia, ceterarum ecclesiarum matre et magistra, tradita ubique amplectantur omnes et observent, ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis Provinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis et Parochialibus, sæcularibus, et quorumvis Ordinum, monasteriorum, tam virorum, quam mulierum, etiam militiarum regularibus, ac sine cura Ecclesiis vel Capellis, in quibus Missa conventualis alta voce cum Choro, aut demissa, celebrari juxta Romanæ Ecclesiæ ritum consuevit vel debet alias quam juxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiamsi eadem Ecclesiæ quovis modo exenptæ, Apostolicæ Sedis indulto, consuetudine, privilegio, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel aliis quibusvis facultatibus munitæ sint; nisi ab ipsa prima institutione a Sede Apostolica adprobata, vel consuetudine, quæ, vel ipsa institutio super ducentos annos Missarum celebrandarum in eisdem Ecclesiis assidue observata sit: a quibus, ut præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem nequaquam auferimus; sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curavimus, iisdem magis placeret, de Episcopi, vel Prælati. Capitulique universi consensu, ut quibusvis non obstantibus, juxta illud Missas celebrare possint, permittimus; ex aliis vero omnibus Ecclesiis præfatis eorumdem Missalium usum tollendo, illaque penitus et omnino rejiciendo, ac huic Missali nostro nuper editio, nihil unquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ poena, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus et ordinamus.

Mandantes ac districte omnibus et singulis Ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, aliisque personis quacumque Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut cujusvis alterius gradus et præeminentia fuerint, illis in virtute sanctæ obedientia præcipientes, ut ceteris omnibus rationibus et ritibus ex aliis Missalibus quantumvis vetustis hactenus observari consuetis, in posterum penitus omissis, ac plane rejectis, Missam juxta ritum, modum, ac normam, quæ per Missale hoc a Nobis nunc traditur, de antea ac legant; neque in Missæ celebratione alias cælemonias, vel preces, quam quæ hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumant.

Atque ut hoc ipsum Missale in Missa decantanda, aut recitanda in quibusvis Ecclesiis absque ullo conscientiae scrupulo, aut aliquarum poenarum, sententiarum et censurarum incursu, posthac omnino sequantur, eoque libere et licite uti possint et valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, etiam perpetuo concedimus et indulgemus.

Neve Praesules, Administratores, Canonici, Capellani et alii quocumque nomine nuncupati Presbyteri saeculares, aut cujusvis Ordinis regulares, ad Missam aliter quam a nobis statutum est, celebrandam teneantur: neque ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi et compelli, praesentesve litterae ullo unquam tempore revocari, aut moderari possint, sed firmae semper et validae in suo existant robore, similiter statuimus et declaramus. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non Ecclesiarum praedictarum usu, longissima et immemorabili praescriptione, non tamen supra ducento annos, roborato, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Volumus autem et eadem auctoritate decernimus, ut post hujus nostrae constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia Presbyteri post mensem; qui vero intra montes, post tres; et qui ultra montes incolunt, post sex menses, aut cum primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, juxta illud Missam decantare, vel legere teneantur.

Quod ut ubique terrarum incorruptum, ac mendis et erroribus purgatum praeservetur, omnibus in nostro et Sanctae Ecclesiae Romanae Domino mediate, vel immediate subjecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Camerae Apostolicae ipso facto applicandorum: aliis vero in quacumque orbis parte consistentibus, sub excommunicationis latae sententiae, et aliis arbitrari nostri poenis, ne sine nostra vel speciali ad id Apostolici Commissarii in eisdem partibus a nobis constituendi, licentia, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Urbe secundum magnum impressionem impresso collatum fuisse, et concordare, nec in ullo penitus discrepare prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere ullo modo audeant, vel praesumant, auctoritate Apostolica et tenore praesentium similibus inhibemus.

Verum, quia difficile esset praesentes litteras ad quaeque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicam Principis Apostolorum, ac Cancellariae Apostolicae, et in acie Campi Florae de more publicari et affigi, ac earundem litterarum exemplis etiam impressis, ac manu alicujus publici tabellionis subscriptis, nec non sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus indubitata fide ubique gentium et locorum, haberi praecipimus, quae praesentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae permissionis, statuti, ordinationis, mandati, praeccepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Patri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo, pridie Idus Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

H. Cumin

Cæsar Glorierius

Anno a Nativitate Domini 1570, Indict. 13, die vero 19 mensis Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et D. N. Pii divina providentia Papae V anno ejus quinto, retrospectae litterae publicatae et affixae fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Joannem Andream Rogerium et Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octavianis, *Magister Cursorum*.

# QUO PRIMUM

*Bulla sv. Pia V.*



*O celebrování mše svaté podle  
tridentského misálu*

## QUO PRIMUM

### **Bulla sv. Pia V. o celebrování mše svaté podle tridentského misálu**

#### **Pius, biskup, služebník sluhů Božích, na věčnou paměť:**

Jakmile jsme byli uvedeni do čela apoštolského úřadu, napnuli jsme pro něj rádi ducha a naše síly a změřili jsme všechny myšlenky k udržení ryzího církevního ritu. To jsme se snažili učinit za pomoci samého Boha a veškerým vynaloženým úsilím. Když jsme museli mezi jinými dekrety posvátného Tridentského koncilu učinit usnesení o vydání a nápravě posvátných knih katechismu, misálu a breviáře, a když již byl s pomocí Boží vydán katechismus ke vzdělání lidu a breviář upraven ke vzdávání chvály Bohu, aby se misál shodoval s breviářem (protože je velmi nutné, aby byl v Boží církvi jeden způsob uctívání žalmů, jeden ritus sloužení mše), zdá se již nezbytné, abychom co nejdříve uvažovali, co by v tomto směru ještě zbývalo učinit, totiž vydat samotný misál. Proto jsme uznali za vhodné svěřit tento obtížný úkol učeným mužům; ti pak pečlivě všechno srovnali se starými kodexy naší vatikánské knihovny i s jinými odevšad shromážděnými, opravenými a neporušenými kodexy; a taktéž s vážnými spisy starých osvědčených autorů, kteří Nám zanechali památky o posvátné zvyklosti svých obřadů a uvedli v původní stav tentýž misál a ritus podle dávné normy svatých Otců. Aby z toho záměru a započaté práce sklízeli ovoce všichni, přikázali jsme po zralé úvaze v Římě vytisknout misál a vytištěný vydat; totiž proto, aby kněží věděli, jakých modliteb mají užívat, jaké mají napříště zachovávat rity a jaké ceremonie při sloužení mši, aby to pak bylo odkázáno svatou církví římskou, matkou a učitelkou všech ostatních místních církví, všichni si všude oblíbili a zachovávali, ano napříště po budoucí věčné časy ve všech kostelech patriarchálních provincií křesťanského světa, v kostelech katedrálních, kolegiálních i farních, světských i klášterních jakéhokoliv řádu, jak mužských tak ženských, též řádů rytířských, v kostelech nebo kaplích bez správy, v nichž řádová zpívaná mše s chórem nebo tichá se má obyčejně sloužit, nebo musí se sloužit podle ritu římské církve, jinak se zpívá nebo čte podle formuláře námi vydaného misálu, byť by tyto kostely byly jakýmkoliv způsobem vyňaty, omilostněny Apoštolskou stolicí, zvykem, privilegiem, také přísahou, apoštolským stvrzením, nebo obdařeny jakýmkoli jiným fakultami; ledaže by od samého začátku zřízení byla (mše) schválena Apoštolskou stolicí buď samotným zřízením nebo zvykem, který by byl v týchž kostelech zachováván nepřetržitě alespoň dvě stě let. Těm nijak neodnímáme ani zmíněné ustanovení, ani zvyk sloužení mše. Kdyby se jim více zamlouval tento misál, a něž jsme se starali, aby byl vydán, svolujeme, aby se souhlasem biskupa, preláta a celé kapituly, aniž by jim v tom kdo bránil, podle něho mohli sloužit mše. Všem pak ostatním zmíněným kostelům odnímáme užívání těch misálů a stanovíme a nařizujeme tímto navždy platným ustanovením, aby pod trestem naší nevole úplně a zcela byly odloženy misály a k tomu misálu námi nedávno vydaného nesmělo být nikdy nic přidáno, ubráno, tím spíše měněno. Nařizujeme, a to přísně všem i jednotlivým patriarchům řečených kostelů, administrátorům a osobám honosícím se jakoukoli církevní hodností, byť by to byli kardinálové svaté církve římské nebo jakéhokoliv stupně a předního místa, nařizujeme jim mocí svaté poslušnosti, aby se napříště zcela vzdali

všech ostatních způsobů a ritu podle jiných misálů jakkoli starobyklých, které se dosud obvykle zachovávaly, a zcela je odložili a zpívali i četli podle ritu a způsobu a normy, která se tímto misálem nyní podává a nechť také při sloužení mše se neodvažují přidávat nebo předčítat jiné ceremonie nebo modlitby, než jak je obsahuje tento náš misál. A tak, aby mohli a směli tohoto misálu svobodně a právem užívat při zpívané nebo čtené mši v kterémkoliv kostele a bez výčitek svědomí, bez hrozeb nějakými tresty, odsuzováním a zákazy, svou apoštolskou mocí a to navždy povolujeme. Ani vysocí hodnostáři, administrátoři, kanovníci, kaplani a jiní kněží světší nebo jakéhokoliv řádu jakýmkoliv jménem nazývaní, nemohou být vázáni sloužit mši jinak, než jak je námi stanoveno.

A nikdy nemohu být kýmkoliv donuceni nebo dohnáni ke změně tohoto misálu, ani přítomná listina nemůže být nikdy odvolána nebo zmírněna, nýbrž zároveň ustanovujeme a prohlašujeme, aby ve své síle byla vždy trvalá a platná.

Tomu nejsou na překážku předpoklady, ustanovení a apoštolská nařízení, ani obecná nebo zvláštní ustanovení vydaná na provinciálních a synodálních shromážděních, ani zvyklost řečených kostelů utužená od nepaměti dlouhotrvajícím ustanovením, ne však starším než dvě stě let, ani jakákoliv opačná ustanovení a zvyklosti.

Chceme však a s touž autoritou rozhodujeme, aby po vydání této konstituce a misálu kněží, kteří jsou v římské kurii, byli vázáni zpívat a číst podle něho mši za jeden měsíc, kteří sídlí až po hory po třech měsících, kteří za horami, po šesti měsících, nebo jakmile jim bude tento misál předložen na prodej.

Aby zůstal všude ve světě neporušen a uchráněn, bez písařských chyb a omylů, všem tiskařům (vydavatelům), kteří jsou na našem území a na území Svaté římské církve, které nám přímo nebo nepřímo podléhá s tím, že ipso facto ztratí knihy a musí zaplatit sto zlatých dukátů Apoštolské komoře; ostatním však, kteří sídlí v kterékoli části světa, pod trestem exkomunikace latae sententiae a jinými tresty podle našeho rozhodnutí apoštolskou autoritou a zněním této listiny obdobně zakazujeme, aby se žádným způsobem neodvažovali a netroufali si tisknout, vystavovat na prodej ani přijímat exemplář misálu bez našeho povolení nebo bez zvláštního povolení Apoštolského komisaře, kterého v těch krajinách k tomu ustanovíme, nebude-li tiskař týž tiskař přesvědčen, že komisař srovnal exemplář misálu, z něhož musí tiskař přijmout normu k tisku ostatních misálů, s misálem vytištěným v Římě podle velké imprese a že se exemplář misálu s ním shoduje a v ničem neliší.

Avšak protože by bylo nesnadné dopravit tuto listinu do všech krajů křesťanského světa a seznámit s ní všechny co nejdříve, nařizujeme, aby podle zvyku byla uveřejněna a přibita na dveřích baziliky Knížete apoštolů, Apoštolské kanceláře a na sloupu na poli Flory a aby vytištěné exempláře téže listiny měli všude na světě stejnou zcela nepochybnou hodnověrnost jako listiny podepsané rukou nějakého veřejného notáře a jako listiny opatřené pečetí osoby ustanovené do církevní hodnosti, hodnověrnost, kterou mají předložené listiny, jsou-li ukázány nebo vydány.

Tedy vůbec nikdo z lidí nesmí zrušit tuto stránku našeho povolení, ustanovení, nařízení, rozkazu, koncese, dovolení, prohlášení vůle, rozhodnutí a zadržení (zákazu), ani se jí v nerozvážné opovážlivosti protivit. Jestliže by se však někdo odvážil zkusit to, nechť ví, že ho stihne hněv všemohoucího Boha a jeho apoštolů Petra a Pavla.

Dáno v Římě u sv. Petra roku Vtělení Páně 1570, 14. července, pátého roku našeho pontifikátu.

Caesar Glorierius

H. Cumin

Roku od narození Páně 1570, pátého roku pontifikátu v Kristu nejsvětějšího otce a pána našeho Pia V., z Boží prozřetelnosti papeže, jsme tuto listinu, vyhlášenou 14. července, opsali 19. července uveřejnili a přibili na dveřích baziliky Knížete apoštolů, Apoštolské kanceláře a na sloupu na poli Flory, jak je zvykem, my, Joannes Andreas Rogerius a Filibertus Capius Cursores.

Scipio de Octavianis, magister Cursorum

(Missale Romanum, editio XIX iuxta typicam Vaticana Ratisbone 1936, str. 5-7)

**1969-04-03 – SS Paulus VI – Constitutio ‘Missale Romanum’**

## CONSTITUTIO APOSTOLICA \*

**MISSALE ROMANUM****Missale Romanum ex decreto Concilii Oecumenci Vaticani II instauratum promulgatur.**

PAULUS EPISCOPUS  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Missale Romanum, ex decreto Concilii Tridentini a Decessore Nostro S. Pio V anno MDLXX promulgatum (Cf Const. Apost. *Quo primum*, die 13 menses Iulii anno 1570 data), nemo non suscipit in multis iisque mirificis utilitatis fructibus esse numerandum, qui ex eadem Sacrosancta Synodo in universam Christi Ecclesiam dilapsi sunt. Per quattuor enim saecula, non modo illud ritus Latini sacerdotes pro norma habuerunt, ad quam Eucharisticum Sacrificium facerent, sed sacri etiam Evangelii nuntii in omnes fere terras invexerunt. Innumeri praeterea sanctissimi viri animorum suorum erga Deum pietatem, haustis ex eo sive Sacram Scripturarum lectionibus sive precationibus, copiosius aluerunt, quarum praecipuam partem Sanctus Gregorius Magnus in certum digesserat ordinem.

Sed ex quo tempore latius in christiana plebe increbescere et invalescere coepit sacrae fovendae liturgice studium, quod, de Decessoris Nostri ven. rec. Pii XII sententia, estendere visum est actue providentis Dei erga huius aetatis homines propensissimae voluntatis indicium, atque Sancti Spiritus per Ecclesiam suam salutiferum transitum (Cf PIUS II, Allocutio iis, qui primo Conventui ex omni natione de Liturgia pastoralis, Assisii habito, interfuerunt, die 22 menses Sept. anno 1956: AAS 48, 1956, p. 712), palam pariter eluxit, Missalis Romani formulas tum aliquatenus recognoscendas tum accessionibus esse locupletandas. Cuius rei faciendae initium Idem Decessor Noster attulit Vigilia Paschali et Ordine Hebdomadae Sanctae instauratis (Cf. S. CONGR. RITUUM, Decr. *Dominicae Resurrectionis*, die 9 menses Febr. anno 1951 datum: AAS 43, 1951, pp. 128 ss.; Decr. *Maxima redemptionis nostrae mysteria*, die 16 menses Nov., anno 1955 editum: AAS 47, 1955, pp. 838 ss.), qui proinde primum quasi gradum posuit ad Missale Romanum novis huius temporis animi sensitius accommodandum.

Recens autem Concilium Oecumenicum Vaticanum II, edita Constitutione a verbis *Sacrosanctum Concilium* incipiente, generalis renovationis Missalis Romani fundam enta locavit: statuens, ut primum *textus et ritus ita ordinaretur, ut sancta, quae significant, clarius exprimerent* (Cf CONCILIUM OECUM. VATICANUM II, Const. de sacra liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 21; AAS 56, 1964, p. 106); deinde ut *Ordo Missae ita recognosceretur, ut singularum partium propria ratio necnon mutua conoxio clarius paterent, atque pia et actiosa fidelium participatio facilius redderetur* (Cf *ibid.*, n. 50, p. 114); tum ut, *quo ditior mensa Verbi Dei pararetur fidelibus, thesauri biblici largius aperirentur* (Cf *ibid.*, n. 51, p. 114); ut postremo *novus ritus concelebrationis conficeretur, Pontificali et Missali Romano inserendus* (Cf *ibid.*, n. 58, p. 115).

Attamen huiusmodi Missalis Romani renovatio nequaquam ex improvise inducta putanda est; cum ad eam haud dubie viam munierint progressionem in disciplinis liturgicis, proximis hisce quattuor saeculis, factae. Nam si, post Concilium Tridentinum celebratum, ad Missalis Romani recognitionem non parum adiuvarunt evoluti et inspecti *vetusti Bibliothecae Vaticanae alique undique conquisiti codices*, uti confirmatur Constitutione Apostolica *Quo primum* a Decessore Nostro S. Pio V data, posthaec nimirum hinc vetustissimi liturgici fontes et reperti et foras emissi sunt, hinc liturgicae Orientales Ecclesiae formulae altius sunt investigatae; ita ut optarent multi, ut huius generis cum doctrinae tum pietatis divitiae, non modo in tabulariorum tenebris non iacerent, sed e contrario in lucem prolatae christianorum mentes animosque illustrarent et pascerent.

Nunc vero, ut novam Missalis Romani compositionem, summis saltem lineamentis, quasi praefiniamus, in primis animadvertimus, *Institutione Generali*, qua in libro tamquam prooemi usi sumus, novas normas Eucharistici Sacrificii celebrandi proponi, sive quoad ritus persolvendos et officia uniuscuiusque astantis et participis propria, sive quoad suppellectiles et loca rei divinae peragendae necessaria.

Praecipua instauracionis novitas in Precatione Eucharistica, quam vocant, versari existimanda est. Quamvis enim in Romano ritu prima eiusdem Precationis pars, hoc est Praefatio, varias, saeculis volventibus, susceperit formulas, altera tamen pars, quam Canonem Actionis appellabant, per illud tempus, quod a IV ad V saeculum actum est, immutabilem

induit formam; cum, e contrario, Liturgiae Orientales in ipsas Anaphoras quandam varietatem recipere. Hac autem in re praeterquam quod Precatio Eucharistica aucta est copia Praefationum, vel ex antiquiore Romanae Ecclesiae traditione sumptarum, vel nunc primum compositarum, quibus et peculiare partes mysterii salutis clarius patefierent, et plura uberi raque gratias agendi argumenta praeberentur, praeterea ut eidem Precationi tres novi Canones adderentur stauimus. Attamen sive ut pastoralibus, quas nominant, rationibus consuleretur sive ut concelebratio expeditius procederet, iussimus verba Dominica in qualibet Canonis formula una eademque esse. Itaque in quavis Precatione Eucharistica illa sic proferri v lumus: supra panem: ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR; et supra calicem: ACCIPITE ET BIBETE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. - HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. Verba autem mysterium fidei, de contextu verborum Christi Domini deducta, atque a sacerdote prolata, ad fidelium acclamationem veluti aditum aperiunt.

Quoad Ordinem Missae, *ritus, probe servata eorum substantia, simpliciores facti sunt* (Cf *ibid.*, n. 50, p. 114). a namque praetermissa sunt, *quae temporum decursu duplicata fuerunt vel minus utiliter addita* (*Ibid.*), praesertim circa ritus oblationis panis et vini, et circa ritus fractionis panis et Communionis.

Huc accedit quod *restituuntur . . . ad prisitam Sanctorum Patrum normam nonnulla quae temporum iniuria deciderunt* (Cf *ibid.*); cuius generis sunt Homilia (Cf *ibid.*, n. 52, p. 114), et Oratio universalis seu Oratio fidelium (Cf *ibid.*, n. 53. n. 114), et ritus paenitentialis, seu reconciliationis cum Deo et cum fratribus, initio Missae peragendus: cui, ut oportebat, suum redditum est momentum.

Ad haec, iuxta illud Concilii Vaticani II praescriptum, quo praecipiebatur *ut intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sacrarum populo legeretur* (Cf *ibid.*, n. 51, p. 114), totum Lectionum corpus diebus dominicis legendarum in trium annorum ordinem tributum est. Praeterea diebus utcumque festis, lectioni Epistolae et Evangelii alia praeponitur, ex Veteri Testamento, vel, Tempore Paschali, ex Actibus Apostolorum sumpta. Hac enim adhibita ratione, enucleatius mysterii salutis continuus processus illustratur, verbis Dei revelatis demonstratus. Quae amplissima lectionum biblicarum copia, qua diebus festis praestantior Sacrarum Scripturarum pars fidelibus proponitur, accessione profecto completur reliquarum Librorum Sacrorum partium, quae diebus profestis recitantur.

Quae sane omnia hoc modo ordinata sunt, ut magis ac magis in christifidelibus ea verbi Dei fames (Cf *Am* 8, 11) exstimuletur, qua, Spiritu Sancto duce, novi Foederis populus ad perfectam Ecclesiae unitatem veluti urgeri videatur. Hisce ita compositis, illud etiam vehementer fore confidimus, ut sacerdotes et fideles simul sanctius animum suum ad Cenam Domini praeparent, simul, Sacras Scripturas altius meditati, verbis Domini uberius in dies alantur. Exinde denique sequetur, ut, iuxta Concilii Vaticani II monita, Divinae Litterae sive quasi quidam spiritualis vitae fons perennis, sive praecipuum christianae doctrinae tradendae argumentum, sive demum cuiusvis theologicae institutionis medulla ab omnibus habeantur.

Verumtamen in hac Missalis Romani instauratione, non solum tres, de quibus adhuc diximus, partes, hoc est Precatio Eucharistica, Ordo Missae et Ordo Lectionum, mutatae sunt, sed ceterae etiam, in quibus idem constat, recognitae et valde variatae sunt, id est: Temporale, Sanctorale, Commune Sanctorum, Missae Rituales et Missae votivae, quae vocant. In quibus peculiaris quaedam diligentia ad Orationes adhibita est, quae non solum numero auctae sunt, ut novis horum temporum necessitatibus novae responderent, sed etiam vetustissimae ad antiquorum textuum fidem redditae. Ex quo factum est, ut singulis praecipuorum temporum liturgicorum feriis, scilicet Adventus, Nativitatis, Quadragesimae et Paschae, diversa cotidie adiceretur oratio.

Quod reliquum est, licet textus Gradualis Romani, ad cantum saltem quod attinet, non fuerit mutatus, tamen, facilius intellectus gratia, sive Psalmus ille Responsorius, de quo S. Augustinus et S. Leo Magnus saepe commemorant, sive Antiphonae ad Introitum et ad Communionem in Missis lectis adhibendae, pro opportunitate, instauratae sunt.

Ad extremum, ex iis quae hactenus de novo Missali Romano exposuimus quiddam nunc cogere et efficere placet. Cum Decessor Noster S. Pius V principem Missalis Romani editionem promulgavit, illud veluti quoddam unitatis liturgicae instrumentum idemque tamquam genuini religionis cultus in Ecclesia monumentum christiano populo repraesentavit. Haud secus Nos, etsi, de praescripto Concilii Vaticani II, in novum Missale legitimas varietates et adaptationes (Cf CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM II, Const. de sacra liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 38-40; AAS 56, 1964, p. 110) ascrivimus, nihilo tamen secius fore confidimus, ut hoc ipsum a christifidelibus quasi subsidium ad mutuam omnium unitatem testandam confirmandamque accipiatur, utpote cuius ope, in tota varietate linguarum, una eademque cunctorum precatio ad caelestem Patrem, per summum Pontificem nostrum Iesum Christum, in Spiritu Sancto, quovis ture fragrantior ascendat.



Quae Constitutione hac Nostra praescripsimus vigere incipient a die XXX proximi mensis Novembris hoc anno, id est a Dominica I Adventus.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Aprilis, in Cena Domini N.I.C., anno MCMLXIX,; Pontificatus Nostri sexto.*

PAULUS PP. VI

\* AAS 61 (1969). pp. 217-226

Pozn. Následující text je převzat z *Českého misálu* (ed. 1983), str. 9-12.

## **APOŠTOLSKÁ KONSTITUCE**

VYHLAŠUJÍCÍ ŘÍMSKÝ MISÁL

OBNOVENÝ PODLE ROZHODNUTÍ DRUHÉHO VATIKÁNSKÉHO SNĚMU

**BISKUP PAVEL**

SLUŽEBNÍK SLUŽEBNÍKŮ BOŽÍCH NA TRVALOU PAMÁTKU

ŘÍMSKÝ MISÁL, vyhlášený podle rozhodnutí tridentského sněmu naším předchůdcem sv. Piem V. v roce 1570,<sup>1</sup> patří mezi četné a neobyčejně užitečné plody, které z tohoto posvátného sněmu vzešly pro celou Kristovu církev. Po čtyři století se jím knězi latinského obřadu řídili při slavení eucharistické oběti a hlasatelé evangelia ho zanesli téměř do všech zemí. Nesčetní světcí bohatě živili svou upřímnou oddanost a lásku k Bohu jeho biblickými čteními a modlitbami, které z velké části uspořádal sv. Řehoř Veliký.

Mezi křesťanským lidem se však začal šířit a mohutnět hlubší zájem o posvátnou liturgii - podle slov našeho předchůdce blahé paměti Pia XII. je to projev zvláštní blahovůle Boží prozřetelnosti vůči lidem naší doby a spásonosné vanutí Ducha svatého v církvi<sup>2</sup> - a zároveň se zcela jasně ukázalo, že je třeba texty Římského misálu poněkud přepracovat a obohatit přidáním nových. Tuto obnovu započal již zmíněný náš předchůdce úpravou Velikonoční vigilie a Obřadů Svatého týdne.<sup>3</sup> Učinil tak první krok k přizpůsobení Římského misálu duchu a potřebám naší doby.

---

<sup>1</sup> Apoštolská konstituce *Quo primum*, ze dne 14.VII.1570.

<sup>2</sup> Srv. Pius XII., Promluva k účastníkům prvního mezinárodního liturgicko-pastoračního kongresu v Assisi, 22. IX.1956: AAS 48 (1956), str. 712.

<sup>3</sup> Srv. S. Congr. Rituum, Decretum generale *Dominicae resurrectionis*, 9.II.1951: AAS 43 (1951), str. 128 a násl.; Decretum generale *Maxima redemptionis nostrae mysteria*, 16.XI.1955: AAS 47 (1955), str. 838 a násl.

Základy k všeobecné obnově Římského misálu položil nedávný II. vatikánský sněm vydáním konstituce *Sacrosanctum Concilium*. Stanovil totiž: „Texty a obřady je třeba upravit tak, aby jasněji vyjadřovaly to svaté, čeho jsou znamením;<sup>4</sup> mešní řád ať je upraven tak, aby jasněji vynikl smysl jednotlivých částí i jejich vzájemný vztah a aby se věřícím usnadnila zbožná a aktivní účast;<sup>5</sup> aby se věřícím poskytl bohatěji prostřený stůl Božího slova, má se sířeji otevřít přístup k pokladům bible;<sup>6</sup> ať je vytvořen nový koncelebrační obřad a vložen do Římského pontifikálu a misálu.<sup>7</sup>“

Tato obnova Římského misálu ovšem nepřišla znenadání. Cestu k ní připravil pokrok v liturgických studiích, k němuž došlo během uplynulých čtyř století. K revizi Římského misálu po tridentském koncilu nemálo přispělo prostudování starobylých kodexů z Vatikánské knihovny i odjinud, jak to potvrzuje apoštolská konstituce *Quo primum* vydaná naším předchůdcem sv. Piem V. Od té doby však byly nalezeny a vydány ještě starší liturgické prameny a byly důkladně prozkoumány liturgické texty východní církve. A proto si mnozí přáli, aby toto bohatství nauky a projevů zbožnosti nejen nezůstalo v přítmi archivů, ale naopak aby vyneseno na světlo osvětlovalo a sytilo mysl a ducha křesťanů.

Chceme alespoň v hlavních obrysech uvést složení Římského misálu. Upozorňujeme především, že Všeobecné pokyny, které v knize zaujímají místo úvodu, stanoví nové předpisy o slavení eucharistické oběti, ať se to týká konání obřadů, úkonů a služeb jednotlivých účastníků, anebo předmětů a míst nutných ke konání bohoslužby.

Podstatná část obnovy se týká eucharistické modlitby. Pro její první část, totiž prefaci, přejímal sice římský obřad v průběhu staletí různé nové texty, ale její druhá část, zvaná kánon, se během čtvrtého a pátého století ustálila ve formě, která se už dále neměnila; na rozdíl od východních liturgií, kde byly přijaty určité obměny i do anafor. Rozhodli jsme tedy, aby byla eucharistická modlitba obohacena značným počtem prefací převzatých ze starší tradice římské církve i nyní nově složených, jimiž se jasněji osvětlují určité aspekty tajemství spásy a poskytují se četnější a bohatší motivy díkůčinění, a aby k dosavadnímu římskému kánonu byly přidány tři nové. Z pastoračních důvodů a pro usnadnění koncelebrace jsme přikázali, aby slova Páně byla ve všech kánonech stejná. Takže v každé eucharistické modlitbě se budou pronášet takto: nad chlebem: „Vezměte a jezte z toho všichni: Toto je moje tělo, které se za vás vydává.“ a nad kalichem: „Vezměte a pijte z něho všichni: Toto je kalich mé krve, která se prolévá za vás a za všechny na odpuštění hříchů. Toto je smlouva nová a věčná. To konejte na mou památku.“ Slova „Tajemství víry“, vyčleněná z kontextu slov Krista Pána, pronáší kněz jako uvedení ke společnému zvolání věřících.

V mešním řádu byly zjednodušeny obřady, při svědomitém zachování jejich podstaty.<sup>8</sup> Vypuštěno bylo to, co bylo během času zdvojeno nebo přidáno ne právě účelně,<sup>9</sup> zvláště v obřadech přinášení chleba a vína a v obřadech lámání chleba a přijímání.

---

<sup>4</sup> II. vat. sněm, Konst. o liturgii *Sacrosanctum Concilium*, č. 21.

<sup>5</sup> Srv. tamtéž, č. 50.

<sup>6</sup> Srv. II. vat. sněm, Konst. o liturgii *Sacrosanctum Concilium*, č. 51.

<sup>7</sup> Srv. tamtéž, č. 58.

<sup>8</sup> Srv. tamtéž, č. 50.

<sup>9</sup> Srv. tamtéž, č. 50.

Naopak bylo obnoveno podle starobylé tradice svatých otců něco z toho, co nepřízní doby zaniklo;<sup>10</sup> jako homilie,<sup>11</sup> přímluvy neboli modlitba věřících,<sup>12</sup> a také úkon kajícího smíření s Bohem a s bratřími na začátku mše svaté, jemuž se navrátil patřičný význam.

Druhý vatikánský sněm přikázal, aby se během určitého počtu let přečetly lidu nejdůležitější části Písma svatého.<sup>13</sup> Proto byl celý soubor čtení určených pro neděle rozdělen do tří ročních cyklů a ve sváteční dny se před epištolu a evangelium přidává čtení ze Starého zákona nebo v době velikonoční ze Skutků apoštolů. Tímto způsobem se zřetelněji osvětluje postup tajemství spásy popisovaný zjeveným slovem Božím. Bohatý výběr biblických čtení, který ve svátečních dnech předkládá věřícím nejdůležitější části Písma svatého, je doplňován čtením ostatních částí knih Písma svatého ve všedních dnech.

Všechny tyto úpravy směřují k tomu, aby se vždy více u věřících vzbuzoval hlad po Božím slově,<sup>14</sup> který má pod vedením Ducha svatého povzbuzovat lid nové úmluvy k dosažení dokonalé jednoty církve. Pevně doufáme, že při tomto novém uspořádání kněží i věřící zbožněji připraví svou mysl k večeři Páně a zároveň se budou hlubším rozjímáním Písma svatého den ze dne hojněji sytit slovy Páně. A tak se podle napomenutí II. vatikánského sněmu Písmo svaté stane pro všechny trvalým pramenem duchovního života, základem hlásání křesťanské nauky a jádrem všeho teologického vzdělání.

Při obnově Římského misálu nebyly změněny pouze ony tři části, o nichž jsme se už zmínili, totiž eucharistická modlitba, mešní řád a uspořádání lekcí; byly přezkoumány a značně pozměněny i ostatní části: texty pro liturgické doby, vlastní i společné texty o svatých, mše spojené s určitými obřady a votivní mše. Zvláštní pozornost byla věnována mešním modlitbám (oracím). Nejen že se jejich počet zvýšil, aby pro nové potřeby naší doby byly i nové modlitby, ale také dosavadní modlitby byly nově přepracovány podle starobylých textů. V hlavních liturgických obdobích, totiž v době adventní, vánoční, postní a velikonoční má misál pro každý den vlastní vstupní modlitbu.

Text Římského graduálu zůstal sice nezměněný, alespoň co se týká zpěvu; pro lepší pochopení byl však obnoven responsoriální žalm, který často připomíná sv. Augustin a sv. Lev Veliký, a také antifony vstupní a k přijímání, vhodné pro mše beze zpěvu.

---

<sup>10</sup> Srv. tamtéž, č. 50.

<sup>11</sup> Srv. tamtéž, č. 52.

<sup>12</sup> Srv. tamtéž, č. 53.

<sup>13</sup> Srv. tamtéž, č. 51.

<sup>14</sup> Srv. Am 8, 11.

Na závěr toho, co jsme dosud vyložili o novém Římském misálu, chtěli bychom zdůraznit toto: Když náš předchůdce sv. Pius V. vyhlásil původní vydání Římského misálu, předložil jej křesťanskému lidu jako nástroj jednoty v liturgii a projev pravé a posvátné bohoslužby v církvi. Podobně i my, i když jsme podle ustanovení II. vatikánského sněmu přijali do nového misálu možnost oprávněné rozmanitosti a přizpůsobení,<sup>15</sup> pevně doufáme, že bude věřícími křesťany přijat jako podpora k osvědčení a utvrzení jednoty všech, poněvadž při jeho používání bude v tolika různých jazycích vystupovat k nebeskému Otci skrze našeho velekněze Ježíše Krista v Duchu svatém jedna a táž společná modlitba všech, vonnější než jakékoli kadidlo.

Co jsme ustanovili touto naší konstitucí, vstoupí v platnost od 30. listopadu tohoto roku, tj. od první neděle adventní.

Chceme, aby tato naše ustanovení a nařízení byla a zůstala nyní i v budoucnu pevná a účinná, a aby jim, pokud to přichází v úvahu, nestály v cestě apoštolské konstituce a nařízení vydané našimi předchůdci, ani jiné předpisy, třeba i hodné zvláštní zmínky.

Dáno v Římě u Svatého Petra dne 3. dubna 1969, na Zelený čtvrtek, v šestém roce našeho pontifikátu.

PAPEŽ PAVEL VI.

---

<sup>15</sup> Srv. II. vat. sněm, Konst. o liturgii *Sacrosanctum Concilium*, č. 38-40.